

APPENDIX  
THEOREMATUM  
DE PONTIFICIORUM MISSA.

1. Derivant alii vocem hanc ab Hebræo מִשָּׁע unde מִשָּׁעֹפֶטֶת opus, factum. Alii à מִזְבֵּחַ altare. Alii à מִסָּד tributum, unde מִסָּדֹב oblatio. Alii alias quærent allusiones.

2. Verum hæc omnia stant justo talo, quia, si vox hæc esset origine Hebræa, utique Græci Patres ex Hebræo illam retinuisent, sicut Halleluja & alia nomina retinent; at usurpant nomen λειτεργία. Syrus etiam hoc nomine uteretur, at usurpat vocem Sanctus

קדש

3. Deducunt verò Patres alii ex Latino, quod Misfa sit idem, quæsi à Ministro ad Deum aliquid missum, vel dicatur quæsi transmisfa. Rectius verò in neutro Genere Misfa dicitur, quia in certis vasis mittebantur, quæ faciebant ad externa elementa in cœna, ab auditoribus, & portabantur hæc in vasis illis à Diaconis. Usus verò obtinuit, quod ut Biblia, Postilla, neutro Genere hæc sœta dici, in fœmininum transferint Genus, sic & Misfa Genere usurpatur fœminino.

4. Usurpat autem Apologia Aug. Confessionis hanc vocem de S. Cœna in legitimo sensu. Pontificii autem abutuntur ea, dum ornant idolum suum Mauzim, quæ vox alludit ad Misfam, & est in Daniele cap. 11.

5. Est autem Pontificiis Misfa sacrificium propitiatorium, quo Christus se, ut ajunt, sub visibilibus signis Panis & Vini Deo Patri obtulit, & ut pari ratione per Sacerdotes incruento more, pompa theatraica fiat, mandavit, non solùm pro fidelium vivorum peccatis, satisfactionibus, sed etiam pro defunctis in Christo nondum planè purgatis.

6. Sed nugas has, & somnia Papistica, utut vocent animam suæ religionis, sequentes Quæstiones satis superque rectè decisæ annihilabunt.

QVÆSTIONES.

1. An S. Cœna sit Sacrificium propriè dictum?

Neg. Sacra Cœna est Sacramentum & Testamentum, Luc. 22, 20.

1. Cor. 11.